



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Matthaei Tympii Aureum Specvlvm Principvm,
Consiliariorvm Iudicvm, Consvlvm, Senatorvm, Et Aliorvm
Magistratvum Cvm Ecclesiasticorum tum Politicorum
omnium**

Tympe, Matthäus

Coloniae Agrippinae, 1617

93 Acceptionem personarum in iustitiæ administratione vitare & in iudicio
vtramq[ue] litigantium partem audire.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52641)

Diuina Clementia, si peccata reliqua adfint, imo magis in eos vindictam exerceat, qui cum contemnantur se nosse Deum, factis tamen negant, posterioraque infidelibus scelera patrant. In eius sententiam Apostolus, præco cælestis Edicti, proclamat: (Rō. 2.) *ira & indignatio omni operanti malum; iudæo primùm & Græco. Cuius dæo primùm & Græco? quia prius ad supplicium aduocatur, qui acrius deliquisse noratur: & clementia Domini (Luc. 12.) grauioris est culpa, qui scit voluntatem Domini, & non facit, quàm qui multis, præ alijs, sit afficiendus plagis. Et in causa interdum cogitur Deus (si ita dicere audeamus) aduersus nequissimos Christianos fauere gentilibus, & ad plectenda Catholicorum facinorosa propitio vultu ad castra respicere Ethnicorum, & ijs uti ad puniendos illos nefandorum criminum reos. Esaiæ 10. *Virga furoris mei assur, & c.* audi, ad infligenda Iudæis verbera. Vide *Tom. 7. Anno Christi 547.**

Cui infideles aduersus fideles ali- quando præualeant.

SIGNVM XCIII.

Non esse acceptam personam.

προσαπολαΐαμ, SEV ACCEPTIO PERSONARUM à Politicâ iustitiâ administratione, tanquam pestem remouere, & tanquam pauperum, quàm diuitum curam habere.

Quibus virtutibus ornati Iudices, alijque Magistratus esse debeant, Moysis sacerdos fuit. Cùm enim generum accusaret, quod in populi lites solus cognosceret: *Deluge, inquit, & c.*

boni populo viros potentes, qui Deum timeant, fidelem colant, auaritiam odio habeant. Potentes esse voluit, vt audacia & temeritati resistent, & ne timore imbecillitate præpediti, causas contra ius & fas hominibus, qui multum in Rep. possunt, adiudicent, Requirit timorem Dei: quia eo conscientia obstricta, resecantur libidines, mentem tenebris impediens, vel menti tenebras offundentes ne, quod verum & iustum est, cerne-
re possit. Fidem verò qui negligit, quomodo tandem poterit munere demandato rectè fungi? Et qui pecunia student, ij sæpe ad iniquitatem transferri capiuntur, & nihil verum, nihil rectum, nihil simplex intueri queunt. Munera enim, vt alio loco idem Moyses ait, sapientum oculos excæcant, & rectorum hominum verba commutât: (vel, iustorum animos facile ab æquitate ad iniuriam traducunt.) Hinc Plato, II. de Leg. capite sanc-
ciendum existimat, si Iudex quacunque de causa se alienæ pecuniæ, aut muneris alicuius contractu foedarit.

I. Traianus Imp. aded studiosus erat iuris & iustitiæ, vt cum Tribunum militum, vel Præfectum Urbis & Prætorij renuntiasset, strictum ensẽ, in conspectu omnium, in manus eius porrigens, diceret: Cape ferrum hoc, (hunc ensẽ,) & si quidem rectè (iustè) imperium gesserò, (bonus fuero,) pro me; sin aliter, (malus,) contra me hoc vtère. Noluit æquitati personam suam præponderare. Et cum mulier quædam aliquando eum rogasset, vt se audiret; & ille respondisset, otium sibi non esse; illa clamabat: Noli ergo imperare. Quo audito, continuò causæ eius aures dedit. (Dion, Aurel. Victor, Suidas, Niceph. lib. 3. hist. c. 23.) Iustitia

M m 5

cerre

Simulatione
nihil fœ-
dius.

Dent. 16.

Vide de
Legibus.

certè sine affectu, vel aspectu administranda est.

2. Cùm Simonides Poëta à Themistocle prætoræ quum quid postulasset: *Neg, tu*, inquit Themistocles, *bonus Poëta esses, si modos & numerum canendo contemneres: neg, ipse bonus Prætor es, si alicuius gratiam legibus præferrem.* Idem tunc reprehenditur, quòd negauit ea se in se habere re velle, in qua nullam prærogatiuam præcedentis amici sint habituri. (*Plut. in Aristide.*)

3. Phocion Atheniensium Princeps, ne generi quidem Charillo, repetundarum dicturo causam, adesse sustinuit, inquiens: *Equidem mihi generum & hominem iustum, & probum optauit.* Quò dicto, deserto genero, inde se proripuit. *Idem.*

4. Epaminondas Thebanorum Dux filium, conuina primùm imposta, securi feriri iussit, quòd præceptorum paternorum immemor cum hoste conflixisset, eumque vicisset. Sic neque Brutus & Torquatus, ad sartam tectam tenendam militiam, liberis pepercerunt. *Idem & Val. lib. 5. 41. & lib. 6.*

Vide signum 100.

5. Zaleucus Locrensium Rex, cùm legem tulisset de adultero utroque oculo orbando, (vnde adulterio deprehensus, ambobus oculis priuatus, filiusq; paulo post reus istius sceleris inuentus esset, se vno, filium altero oculo priuatum, ob acceptionem personæ lex ab ipso laza videtur. Etsi enim, cùm filius ad patris tribunal referretur, populus pro illo deprecaretur; tamen iustus, vt legi & populo satisfaceret, filio vno & sibi alterum oculum effodit, atq; ita debiti supplicij modum legi reddidit, æquitatis administrandi temperamento se inter misericordem patrem & iustum legislatorē partitus. *Val. lib. 18. c. 19. Vide exemplum 20. signi 92.*

In Regis filium cuius distinguitur gladius.

6. *Tennes Tenediorum Rex* legem tulit, vt si quis mulierum deprehendisset, eum securi trucidaret: deprehenso verò ipsius filio, rogatus Rex quid faciendum esset? respondit, lege vtendum esse.

7. *Carolus V.* dicebat: Quemadmodum sol tam egenis, quàm diuitibus, æquali modo ac mensura lumen dispensat: sic Principum est, sine villo personarum respectu subditorum causas examinare, & æquali iustitiæ temperatione iudicare.

Sap. 2. Magni & pupillum ipse fecit.

8. *Philopæmen* Megalopolitanus Achæorū Prætor, non existimabat decere fortem ducē phalangem præcedere, sed nunc apud primos, nunc apud postremos, aliquando etiã per medios obequitare, & omnes inspicere, vt si quod peccatum, aut non ritè administratum esset, corrigeretur.

9. *Carolus Magnus* sanxit, vt in primaria cuiusq; regionis vrbe Pontifex & Prætor ter quotannis, Aprili, Octobri, Ianuario ius dicerent, responsa daret, & primùm pauperes, viduas, pupillos, dato his prudentissimo patrono, diligentissimè audirent, inimicos reconciliarent: vetuit insuper ne illi lites in diem differrent, neue calumnijs locum facerent. *Auentinus lib. 4.*

10. *Andreas Hungaria Rex* iuit in Terram Sanctã cum copijs, religione impulsus, & curã Regni Rancbano cõmisit, eiusq; fidei vxorẽ Gertrudem commendauit. Sed cùm frater Gertrudis, adolescens lasciuus & petulans, absente Rege, visum sororem venisset, illa iuueni gratificatura, vxorem Rãebani, pudicam & formosam foeminã, fraudibus & pellacijs ei substernit. Quæ post facinus penitentia ducta, re omnè marito exponit, & simul

mul Regine fraudes, & iram à se in illam conuertit. Bancbanus Reginam adit, exprobrat factum & gladio viciscitur. Cæde patrara, Byzantium abit, Andream Regi occurrurus, illac in Syria tendenti, quem mox reperit, & rem aperit, illum verum iudicem, & si meruit, vindicem vocat.

Nihil sacre expeditioni anteposuit.

Suspectum, si non conuictum, iterum Regno præposuit. Amori coniugati iustitiam præposuit.

Vide Signū s. de Affectionibus.

Rex differt in suum reditum, & vultu atque sermone composito: Tu verò abi, inquit, & in Regnum redi, vicem meam, ut ante functurus. Nam vultu mibi, si Deus annuit, stat hanc causam cognoscere, & decidere. Si innocens es, tunc libens absque sin autem nocens, ne nunc quidem damnatum nec expeditionem hanc in hostes fides sanguine Christiano sanguine auspico, & perfundo. Vocabit: ille in Asiam, hic in Hungariam: & clam diisset, causa seridè inquisita, pronuntiat, vices suam iustè causam videri. *Iustus Lipsius lib. 2. Hist. Pol.*

Nouit Rex equissimus, quàm procul abesse debeat à iudicando amor. Quia amor & propter commodum sæpe faciunt, ut virtutem Iudex non agnoscat, gratificetur ijs, quos amat, aut contra absoluat, aut parum condemnet. (*Arist. lib. 1. Ethic.*) Quisquis amat, hallucinatur in eo, quod dicitur. (*Plut. in lib. quo pacto adulat. ab amico dicitur.*) Amor altos & generosos spiritus frangit. (*Arnyonimus i. aduers. Iouin.*) Ideoque vir boni amici sui causa nihil contra Remp. aut iustitiam & fidem facit, quòd personam amici ponit, non iudicis induit. Et memor esse debet, quando orato sibi dicenda sententia, Deum se testem adhibere. (*Cic. 3. de Offic.*) P. Rutilius, cum amicus quidam, iniusta petens, repullam pareretur, & diceret: *Quid ergo amicitia tua mibi opus est?*

pendit: Imò quid mihi tua opus est amicitia, si pro
aliquid inhonestè facturus sim? Val. lib. 6. cap. 4.
Ipsi amici æquè grata esse debet simplicitas
insipientis, atque autoritas probantis. Plin. lib.
1. Amicus similis est medico, qui non amat ægro-
tum, si ægritudinem non oderit. Augustin.

11. Imp. Vandalorum Kanutus ita, inquit Crant- lib. 3. VVã-
lius, ex æquo iustitiam colebat, vt omnibus indi- dal. cap. 32.
stentè nocentibus supplicia representaret: non
affinitas, non necessitas, non amicitia delicto pa-
trocinabatur. Deprehensi erant in Merica suæ di-
tionis latrocinantes, quibus ultimo supplicio
cõdemnatis, cum pœnam sumere carnifices ius-
sisset, ex medio damnatorum grege quidam pro-
clamar, esse se de Principis Canuti cognatione,
iure sanguinis impunitatem & vitam deposcês.
Quo Rex audito: Cognato, inquit, nostro, vt hono-
rator sit locus, sublimiorem parate crucem.

12. Orho III. Imp. vxorem, Arragonum Regis fi-
liam, quòd rea esset necis Comitum cuiusdam in-
nocentissimi, publicè cremãdam iudicauit. Cum
enim scemina procax oculos in dictum Comitẽ
coniecisset, atque à viro castissimo passa esset re-
pullam, illum de attentata pudicitia calumniosè
accusauit apud Imp. qui temere vxori credens,
Comitem morte damnauit. Quem cum capite
truncatum audiisset ipsius vxor, magna auda-
cia, quam dolor, nescius pudoris, expressit, Otho-
nem conuenit pro Tribunali sedentem, clamans
de nece iustissimi viri vindictam, proiectoq; ca-
pite viri in medium, ipsum Imperatorem reũ in-
nocentissimi sanguinis apud ipsum iura reddentem
accusat. Probationem per contactum ferri
tardentis, veritatis indicem, offert. Consentit il-
le, pa-

le, paratur ignis, ferrum candens exhibetur. Mulier, conscia innocentie viri sui, arripit illud illi-
sa, contrectat inusta, quin stringit vt flores igni-
tum metallum. (Hoc genus probationis per Sa-
phanum Pontif. VI. postea fuit improbatum. *Baron. Anno Christi 890.*) Qua ex re exuruntur pro-
cordia ipsius Imp. cui tunc insultans victima
mina, vindicta in Imp. à gladio exigit imperator.
Faterur ille culpā, nec refugit pœnam, spolia
iugulū, sed poscit inducias. Interim Proceres
currunt, pro vita Imperatoris foemina exorat
sed frustra diu laboratum: tandem ea condicione
transactum est, vt auctrix sceleris Angustia, im-
mis comburenda daretur. Quod è vestigio facti
Crantz. 4. Saxon. cap. 26. Epit. Baron. pag. 671.
2. Vide Theatrum loco de Adulter.

Est boni Iudicis in iudicio vtramq; linguam
partem audire. Siquidē notū est illud iuramentū
vetus, & nobile Heliastrū Iudicū: *Audiam accu-
satorē & reum a quo animo, sine affectibus, & po-
sonarū ratione:* (Demosth. cōtra Timocratem.)
illud Iustinianū: *AEquum me vtriq; partem
disceptādis controuersijs, quā tuēda dilectus
publica præbebo: neutri parti præter me dē-
dicius ero.* Quod si non hæc obseruare om-
nibus incommodis erō expositus, tam hęc, quā
in futuro sæculo, in horrendo iudicio magni bo-
mini Dei & Saluatoris nostri Iesu Christi, habi-
boque partem cum Iuda, & lepram Giesi, & im-
morem Cain. *Iustinian. Const. 9.*

Atheniensium lex vetus: *ἀπορίσθαι*
ἀποδοῦναι, similiter vtramq; partem audire
iubebat. (*AEschines in Demost. de falsa lege, Iu-
stian. in orat. quod non facile credendū calumniarū*)
Rat

Ratio 1. Qui statuit aliquid parte inaudita alteri: æquum licet statuerit, tamen haud est æquum. (Seneca in Medea) 2. Nec visum, nec auditū hominē damnare, nefas vltimum censetur. (Ammian. Marcell. lib. 15.) 3. Nec maior est iniuria, quā in dicta caussa aliquē iudicare. (Lucian. ibid.) 4. Hoc qui facit, non iudicē, sed Tyrannū se præbet. a 5. ^{a Apuleius de Asino aureo.} Ut nocens esse nemo poterit, si negare suffecerit: sic innocens nemo erit, si accusasse suffecerit. b 6. ^{b Ammian. Marcell. lib. 18.} Veritas magis perspicitur, quō sapius & vtramque in partem audita caussa fuerit. (Seneca lib. 2. de Ira.) 7. Laudatur Alexander Magnus, quōd eūm audiret accusationes altera manu obstruxit aurem, ut illam puram absenti reseruaret. Vel: erante accusatore alteram aurem solebat occludere. Interrogatus, cur id faceret, respondit, defensori etiā dandus est audiendi locus, vel, ut loquitur Plur. alteram integram seruo reo. Et eūm mater Olympia innocentis cuiusdam necem extorquere conaretur, & nouem mensium gestationem in vtero vrgeret, aliam, inquit, mater mercedem posce, hominis salus nullo beneficio pensatur. (Cal. lib. 16. c. 7.)

SIGNVM XCIV.

IVRIDICVNDV PRAEESSE, IVS DICI- ^{Ius dicere.} cere, vel reddere, seu forū Iustitia non solum Cræse, sed etiā Iro aperire, efficereq; ut vox Iustitia in omnibus angulis Reip. audiatur.

Imperator accipit tres Coronas. 1. Ferreā, ab Archiepiscopo Aquisgrani, ut vincat rebelles, & coculcet infideles. 2. Argenteā, ab Archiepiscopo Mediolani, ut cogitet esse mūdus. 3. Aureā à Papa in Ecclesia S. Petri ad Altare S. Mauritij, ut alios potentes